



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXII. Bischof Friedrich von Halberstadt leistet im Gerichte zum Stein zwischen Regenstein und Langenstein dem Kloster Hillersleben wegen seiner Vogtei gegen den Ullrich von Regenstein rechtliche ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXII. Bischof Friedrich von Halberstadt leistet im Gerichte zum Stein zwischen Regenstein und Langenstein dem Kloster Hillersleben wegen seiner Vogtei gegen den Grafen Ulrich von Regenstein rechtliche Gewehr, am 29. September 1232.

Fredericus, dei gracia Halberstadenfis Episcopus, omnibus hoc scriptum auditoris Salutem in domino. Notum sit omnibus, quod cum in quodam placito essemus apud lapidem inter Langensten et Regensten cum dilecto filio Abbate de hildefleue contra nobilem virum Olricum, filium comitis heinrici de Regensten, qui advocaciam dicti monasterii petebat ab abbate predicto, nos super ipsa aduocacia warandiam prestimus abbati et monasterio memoratis et prestamus, quousque per iustitiam euincatur a nobis. Huic autem facto interfuerunt Meinardus, maior prepositus, Anno, decanus, Albertus, cellerarius, Burchardus, uicedominus ecclesie nostre, Johannes de Gaterfleue, Hinricus de Gaterfleue, Heinricus de Zeringen, Heinricus de Eilenstede, Bruno et Daniel de Aspensted et alii quam plures. Acta sunt hec anno graciae M^o. CC^o. XXXII^o., in die michaelis. Et ne quis hoc dubitet, presentem paginam dicto abbati et monasterio in testimonium erogamus.

Cop. II, fol. 25.

XXIII. Schiedsrichterliche Ausöhnung des Klosters Hillersleben mit dem Grafen Ulrich von Regenstein, vom 29. November 1246.

Nos Cono de diepholt et Gherhardus, halberstadenfis ecclesie canonici, Sifridus, Comes de Regensten et wernerus, nobilis vir de Sufeliez, Omnibus hanc paginam inspecturis uolumus esse notum, quod cum inter Abbatem de hildefleue et comitem vlricum de regensten super quibusdam dampnis, ecclesie in hildefleue ab ipso illatis, questio verteretur, Ipsi Abbas et Comes nostro se arbitrio super hiis totaliter submiserunt. Nos vero consensum vtriusque partis habentes, taliter arbitrando duximus statuendum, Comes vlricus in restaurum dampni illati dabit ecclesiam in wederinghe cum omni vtilitate et iure et cum advocacia ecclesie in hildefleue de consensu heredum suorum infra quatuordecim dies perpetualiter possidendam, et expediet eam omni impedimento, si quod est, usque ad octavam pentecostes proxime nunc venturam. Quod si forte facere non poterit, ex tunc de condigno restauero arbitrio nostro stabit. Dominus Abbas debet esse bonus amicus Comitis Vlrici de omni actione preterita, et ipse comes suus e contra. Item ipse comes faciet restitui duos equos et farinam et bracium, que nuper ecclesie abbata fuerunt, recipiet et Tydericum, seruientem abbatis, in gratiam suam et amicitiam pristinam, sicut prius. Item de via alla (sic!), de qua inter ecclesiam in ammenfleue et ecclesiam in hildefleue discordia est, Dominus abbas de hildefleue restituatur possessioni sue, et respondebit ad iustitiam, si quis ipsum super ea voluerit impulsare. Hec omnia infra quatuordecim dies fieri statuimus, sed de expedicione ecclesie in wederinghen, si alicubi impedita est,